

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

cissimi ob oculos semper versantur. DOMINUS conserveat eum, & vos etiam Ecclesiae, Amen. Argentorato XVI. Calend. Jun. clō 16 LXXXI.

Vester totus

Johannes Pappus.

LII.

Salutem in Christo.

Literas tuas postremas, Reverende & Clarissime Vir, Domine & frater charissime, clarissimus Vir, M. Florus, Studgardiae rediens mihi reddidit. Ex quibus intellexi, importunitatem M. Piscatoris vobis eam necessitatem imposuisse, ut meum responsum non potueris expectare. Quemadmodum igitur gratulor vobis pacem, ita vicissim mihi ex animo dolet, nobis messem in herba adolescentis periisse, quem sperabamus columem & praesidium Scholae & Ecclesiae vestrae futurum. Atque utinam adhuc nos accederet, si forte aliquid praestare, & juvenem errantem in viam revocare possemus. Sin aliter visum est DEO, cum illo pro justo suo judicio agere, & hoc ferendum erit. Caeterum literas tuas & Actionem cum ipso institutam civis Tubingensis mihi nondum exhibuit, nec ubi terrarum obambulet, scio. Fortassis brevi accepturus sum. Omnino autem oprarim, quantum fieri potest, ut omnem actionem declinetis a vobis. Nescio enim, quid mali mihi praesagiat animus, ne forte Respublica & Ecclesia vestra perturbetur, quod unice facere conatur Satan. Nosram certe operam semper paratam habebitis, quod velim vobis esse persuasissimum. Caetera Dn. M. Florus, qui praeter suam voluntatem diutius apud nos est detentus, vestrae Ecclesiae animo semper praesens, quem haec res etiam valde sollicitum reddidit, & de nostra voluntate testificari poterit. Bene & feliciter vale. Reverenter meo nomine Collegium vestrum quaelo salutare velis. Iterum vale. Raptim Tubingae, 19. Junii, 1571.

Tuus ex animo, ut semper, frater,

Jacobus Andreae, D.

LIII.

Shodie demum, Reverende & Clarissime Vir, Domine & frater charissime, reddita sunt mihi tuae literae, quibus ad juncta est descriptio Actionis cum

cum Piscatorio susceptæ. Ac primo omnium actionem vestram nullo modo improbare possum. Fecistis, quod & officii ratio, & periculi magnitudo à vobis exigebat. Et si enim D. M. Florus, & ego solliciti fuimus, tamen hæ tuæ literæ me omni metu liberant. Sapienter quoque egerunt Domini Scholarchæ vestri, quod illi omni lectione interdixerunt. Nec video hæc cum meo priori consilio pugnare, quod omnes mei Collegæ Studgardiani & Tubingenses cum M. Floro probarunt. Quapropter si ita visum fuerit, potestis per intermediam personam illi significare, ut ad suos Præceptores Tubingenses accedat & testimonium petat vitæ & studiorum. Quod cum factum fuerit, vos periculo liberabimus, ut spero, quod ab aëclis metuitis. Non ipsius ingenii, sed Saranæ sunt hæ artes, quibus consensus pulcherrimum voluit convelere, in Academia & Ecclesia vestra magnis sumptibus constitutum. Et moneo nos, ut vigilemus diligentissime, quod enim per hunc juvenem tentavit *διὰ βλάστη*, idem per alios conabitur persequi. Nos & precibus & opera nostra vobis erimus præsentis semper; Dominus consilia & actiones suo Sancto Spiritu gubernet, Amen. Ad Scholarchas non judicavi necessarium, ut nunc scribam. Spero enim, ex prioribus literis eos consilii nostri rationes satis perspexisse, quæ ipsi pro sua prudentia & pietate dirigere possunt, ut saluti Academiae & Ecclesiæ vestræ servire possint. Maledictio à domo ingrati non recederet. Hujus dicti virtutem sentiet Piscator. Et opus erit insigni poenitentia, si hanc notam eluere velit. Quod utinam serio faceret. Sin minus, ut tamen propterea te ipsum non conficias, expertus plurimorum ingratitude & perfidiam, ut hujus quoque patienter feras, si nolit melius res suas institueret. Est hoc Cinglianorum ingenium & Spiritus sanctimoniam simulatæ: Nec à Domino Sturmio tibi metuas. Postquam viderit, Emissarium hoc modo exceptum, forassis & ipse pedem revocabit. Hoc unum vero te per Christum oro, des operam, ne Professorem Theologiæ recipiatis, aut lectionem commendetis unquam Theologicam, qui non fuerit & sit vobiscum Ecclesiæ Minister. Causas D. Floro exposui, & coram audies, quam primum convenerimus. Ex Algoja omnium Ecclesiarum consensus & subscriptionem habeo nostri pii consensus, cui inferuit Neccarius Lindaviensis tam contumeliosum in me scriptum, protestationem Theologo indignam, ut vix tale quid in scriptis Jesuitarum, Papistarum, Calvinistarum contra me legerim. Respondebo homini pro dignitate, ne quid interim in communi negotio perturbetur. Sed de his omnibus coram, ut spero, in Canticularibus Herrenalbæ, sicut ex Dn. M. Floro audies. Bene & feliciter Vale. Raptim Tubingæ, 20. Junii, 1571. Dn. D. Herbrandus reverenter vos omnes resalutat. Dn. D. Theoboricus abest. Collegium vestrum saluum ex animo opto & precor, sicut

Dn. M. Florus, Vir optimus & Doctissimus, Dominus & frater noster charissimus referet.

Tuus ex animo totus frater & Collega

Jacobus Andreae.

Omnino cupio consensum ante annos septem apud nos factum factum & testum. Ideoque sciatis, meam operam vobis omni tempore paratam. De rationibus mei consilii cum Wittenbergensibus vos docebit M. Florus. Interim rogo, ut D. Illyricum cohibeatis, ne pergat suum nomen prostituere opinione absurdissima de peccato substantiae; quod ego ad Caniculares dies rejicio. Ne quidem Diabolus dicet, peccatum esse substantiam. Cogetur novam dialecticam discere. Er macht nicht gut Arbeit / er wird euch ein Jammer anstellen / daß ihr ihm nicht trauen werdet. Non potest defendi ejus error. Eius quaeso ne facias te participem, non enim habiturus es *si peccat*.



LIV.

S Valerudinem tuam etiamnum afflictam esse, dolemus ex animo, idque cum tuo, quem ex animo colimus & diligimus, tum Ecclesiae nomine, quae ut semper antehac, ita nunc maxime operam tuam requirit; sed Domino cum ita visum sit, te servum ipsius exercere, speremus in ejus misericordia, & invocemus sanctum nomen ejus, qui & exauditionem promittit ad opportunum auxilium, & virtutem perficit in infirmitate. Purgationem tuam ad Epistolam Sturmii perlegi, is profusus respondentem, quae nuper ex te, cum istic essem, cognoveram, nec dubito, quin satisfactum sit aequis omnibus judiciis. Caeterum quod dimissionem attinet, vir arbitror, cum vel serio urgere, vel facile concessum iri, etsi praestet meo judicio Rectoratum, aliarum more Academiarum, in alios etiam transferri liberis Academicorum suffragiis, maxime cum ob senectam & valerudinem ei muneri obeundo par esse nequeat Sturmii, quod ingentem sedulitatem hoc officium requirat. Te ab ovili removeri, certa sit scholae & Ecclesiae perniciis, quam Sathanas sub instaurationis praetextu quaerit, sed non puto praevallitura maligna consilia, vel apud prudentissimos cordatissimosque Scholarchas, vel reliquum Academiae consensum. Piscatoris *o vis ad visus* miror, maxime a paterna interpellatione tua, cui vel solus conspectus pudorem & reverentiam incutere debuit, nedum tot fratrum pia commonefactio, ardentibus gravesque hortatus. Sed qui semel frontem perfricuit, obduruisse videtur, & quia